

782

IIX.

Nec mulier tempore pestis in Testamento testis esse potest.

IX.

Medicus Civinatis ordinarius (quem vulgo Physicum vocant) tempore pestis alio se recipere nequit, nisi expresse ab initio exceperit periculum pestis.

X.

Jure singulari etiam tempore pestis testari potest, qui peste non laborat.

XI.

Testamentum tempore pestis conditum superstite adhuc testatore non in perpetuum durat, sed tantum per annum, postquam pestis cessavit.

XII.

Optimum remedium adversus pestem à tempestiva fuga petitur.

